

BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII

2627

16958

16958





ECCE DEVS ECCE HOMO

Pro nobis
Passus mortuus
&
Sepultus.

A D L E C T O R E M

Sanguine deleui culpam, cruciamine poenam.
Morte tuli mortem, vulnera vulneribus
Qui dare vis tali dignum pro munere munus
O Homo, da monco te mihi meꝝ tibi.

B. Z

169582

LEOPOLI 169582
Anno Domini 1633.

Iudices Christiani.



V D E X Vigorum & mortuorum Christus, iniquissimo iure capitis postulatus, vos appellat, ut quam & quis, sima lance omnes actus Iudicij in eam dati. trutinetis, Progressum rei Vultis En dicta Causa, à Prætorianâ Cohorte rapitur, à Collegio Pontificum cœdi destinatur, à falsis testibus Perduellionis, Blasphemie, læse Majestatis, Rebellionis inculpatur & Christus sustinet. Iudicibus illis iisdemq; Carnisib; pro lege libido, pro ratione voluntas, pro Summo iare summa erat, stat mente reposta & Christus paritur. Populi o Proæsti Romano Plumbeum cor, cereæ leges, oculata manus, quod libet. Et ad libitum populi promulgata Sententia: Ego nullam in eo mortis causam inuenio: accipite eum vos & crucifigite, Christus plectitur. Quid memorem de capite illius habita comitia? Quid iudicium verius latrocinium? quo Barrabas absolvitur, Christus moritur? Nec moritur; Nam uno eodemq; die, quo Principes tenebrarum inuidia nube circumfusa, nocte premuntur. Sol iustitiae Christus, radis innocentiae coruscus clarus exoritur. Sol inquam, ille? In quo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris luet, & tenebra eam non comprehendenderunt. Vobis quibus lux Veritatis afflavit, solem hunc imitari, tenebras expedit detestari. Absunt à vobis amor & odium pessimi Consultores, munera execrantia Cor sapientum. Lucifer bonus odor ex re qualibet, venales leges, venalis curia, quia palpum obtrudunt. Adit Salus populi suprema lex, præesse final & prodesse, Malis Dialeticè, Bonis Rhetoricè; Quantum dignitate tantum eminere pietates. Idem fuis Seio quod Titio diceret, quia Rex Iupiter omnibus idem, Profecto vestra dignitas, videtur esse quædam Diuinitas. Homini in hominem imperium non ne aliquid diuinum & aliquid & humanum, Quos iudicatis mortales sunt, qui vos iusticias per vestras iudicaturus vident, Deus immortalis est, Sit Deus hic in vobis, indebat quod velit, faciat quod sibi, ut tandem iustitia obtineat, tandem bona Causa triumphet.

MS(X)50



XVII-2627-II

Christus Patiens.



EST DIES MEMORANDA,
memoranda in quam dies hodierna stu-
pendum crudelitatis, & inauditum pati-
entia Spectaculum, I E S U M C H R I-
S T V M totius naturae Conditorem,
immaniter trucidatum ad mentem nobis
reuocat. Illius angores, contumelias, vin-
cula, colaphos, statuam, virgas, verbera, spinas, clavos,
crucem, vulnera, sarcasmos, agonem, vitæ catastrophes,
argumenta & instrumenta salutis nostræ (Heu quanti illa
constitit;) in animum nobis reducit; ita ut quidquid in
maleficis noxx, in carnificina feritatis, in Seruatore huma-
ni generis tolerantia enituerit, hæc vna dies dieiq; annuer.
sarius planctus. Quid planctus? imò ipse squallor templo-
rum, ipsi ritus funebres, lugubrisq; cultus fidelium, vel no-
bis tacentibus, voce quam possunt dissertissimâ eloquâtur.
Ego quoq; tam vberem segetem dolorum, in hac optima
messe diuinæ largitionis, dum breuisbus uti tempus flendi
non differendi suggerit persistere, & velut in compendiu-
m vnius fasciculi colligere attento t vos beneuoli attendite.
Neq; misit ratio suadet filum rei gestæ ab umbilico ad calcem
reflexere, vnde enim primordia lumeret aut ubi finem in-
ueniret mea Oratio? verū carptim recensendo magis, quam
exagerando apices facti delibares. Neq; pudore deterreter pi-
gmenta aut fucus verborū elegi torū, à Magistris dicendi
emendicare, quibus molè indigestā afflictionū, verbo carnis
compage togato, ab importunissima manu Sicariorū illata-
rum, si non adamussim effingarem, saltē leui penicillo ad-

umbrarem; at quoniam in hac Provincia superantur vos
cabula rebus. Vbi tormenta omnibus numeris absoluta, ad
numeros exiles locutionis ventre recusant.

Nec mihi si linguae centum sint, orac⁹ centum
Ferrea vox, omnes Tortorum expōnere formas
Omnia p̄enarum pereurrere nomina possem⁹

Totus etenim Christus unde quaꝝ exquisitè multatus, nul
lum articulum otiosum, nullum membrum illæsum, nullā
particulam humanitatis sibi incultā, nobis sterilem reliquit.
Eapropter tantā copiā præclarè gestorum obrutam, ad vos
primum conuertere induxit mihi sententia mentem. Ades
ste ergo animis qui adestis corporibus, huc quoniam ocu
los non potestis rationis aciem adycite; Videte agnum non
illum typicum, sed hunc mysticum victimæ fese apparans
tem, Contemplamini Sp̄itum eius consternatum, animū
acerbissimis mærorum aculeis confixum, interiores motus
ad angustias redactos, cogitationes præsagis imminentis
cædis perhorrescentes, vtq; ad maiora progrediar, ante vir
gas expeditas cruentatum, ante supplicia suppliciis præuen
tum, ante mortem morte præoccupatum. Ponite vobis ob
oculos agnum hunc, à familiari Proditore lupis hiantibus
commisum, à gregariis Calonibus comprehensum, in ter
ram arietatum, insolenter tractum, toto vertice vulsum, to
to corpore lancinatum. Aspicite siccis qui potestis genis,
caput ipsius sexcentis ictibus pulsatum, frontem sanguineo
rōre sudantem, tempora plena rimirum, oculos phlegmate
mucidoluridos, aures cōuitis saginatas, faciē liuore squal
lidam, maxillas pugnis malè acceptas, nares tabo obsitas,
labia sanie condita, collū funibus adesum, guttur bile me
dicatum, humeros in stipite ferat appenso, volas ferro tra
iectas, dectus suspiriis exhaustum, latus pilo reseratum, ter

gum⁹

gum in incude flagrorum recusum, lumbos exulceratos,
crura stigmatibus scatentia, plantas impactis clavis perulas,
totum deniq; Dominum & Possessorem omnium aduersi-
tatum penitus introspicite, cordi intromicite. Si Oceanus
hunc immensæ bonitatis cor aliquod cancellis suis claudere
poterit. Mare medius fidius dolorum & amorum est opus
mundi restaurati non nauigabile, abyssus cōmiserationum,
naufragium malefidorum, Fontes eius indagamini? Ulti-
mi conuiuij mensam Sacrosanctā, illam mensam, qua Ces-
terem in carnem, Lyæum in Sanguinem Dei hominis versū
exhibuit habetis, Venas eius Ultis? Mons Oltuerti stillans
tes sicuti vidit, bibit, Scaturigines r̄imamini? Ei confosso ve-
pribus capite affatim exundantes colligit. R̄uos quæritis?
In tergore Reparatoris vitæ nostræ, loris sulcatos, & San-
guineos imbres ebullientes aduertite. Catarrhactas scru-
tamini & ex uniuerso Corpore Iesu Christi olim abunde es-
rumpentes, & in hanc usq; diem exuberantes reuerenter
accipite. Fontes munificentæ, venæ benevolentæ, Scatu-
rigines clementiæ, r̄ui gratiæ, catarrhactæ veniæ, tam alè-
pelagus liberalitatis diuinæ inundantis, ut quantum nobis la-
bis inustæ adhæreret, vestra puritas elueret, Mihi vero vero-
ba hæc facienti, quis insolitum ingerit Spiritum? Stupor!
Stupor metenet animo reueluentem, quid eloqui cupien-
tem! Dicam tamen, & ita dicam ut omnis mundus audiat.
Mortalitæ scelus (proh scelus!) immortalem Deum, morti
dedit. Filium Dei! Filium, Deum! Deum, O nouum, ô
horrendum factu & dictu, Deum! Quid Deo uspiam Sans-
ctius? dignius? illustrius? Exclamare licet. Heu crudelē
atrocitatem, atrocem crudelitatem! Cui an sol parem vns
quam viderit? nescio; illud scio, à nostris flagitiis propa-
gatam, a summo amore irrogatam, ab Authore fidei veræ
superatam esse, Verumtamen etiam atq; etiam immanis ini-

quitas

quitas, iniqua immanitas (propter te Bonitas infinita) Medicus Paralyticumanimam exhalantem! Paterfamilias abies etum Vernā! Antesignanus militiae profugū Lixā! Prætor Mancipium capite dīminutū; Imperator, Coniustum Perduellē! Interitus expers, internecioni obnoxium! Pater seculi Filios damnationis! Sanctiones suas cōuelentes, calces in se iacentes, Vicaria morte intercessit! Quis vñquam vestrum post homines natos maius audiuit, legit, vidit? Quis aliquando atrocius, cōmisit, patrauit, tulit? Cōmisit nostra procacitas, patrauit amor, tulit natus Deo. Nos legimus, audiūmus & recordationis sensu, Clemenciam, totis præcordiis trementem cernimus, Vindicem libertatis, funibus innodatum aspicimus, Vultum tubar cælituum, sputis oblītum videmus. Iesum Christum accusari simul & condemnari aduertimus. Quid multis: sapientia extermīnatam. Iustitiam capite priuatam, Sanctimoniam vitio datam, splendorem velatum, Lumen gentium extinctum, Innocentiam quā nulla virtus securior, criminis insimulatam, Verbum nescium fari. Fontem aquæ viuæ aridū, Æternum termino metatum, Vitam interemptam, huc usq; admiramus. Creditis ne hæc posteri? Credite & obstupefcite! Nostra licentia Christum in vincula coniecit, nostra perfidia basio prodidit illum Iscariotico, Impudentia mille ictus ori eius impegit, Garrulitas probis onerauit; Leuitas cachinnis exceptit, Mollities plagiis multis cryentauit, Fastus dumetis horrentibus pupugit, Luxus in trabem egit infamem, Voluptas temetum alio ē toxicatum propinauit; Et ut verbo me expediam, Impietas nostra, Quid impietas pars est. Nos nos ipsi Principem incolumentatis nostræ ex insidiis adorū sumus, Hostiam paci sempiterni, sacrilegis manibus in prædam deditus, Censorē morum diris deuotus, Assertorem indemnitatis propriæ, hostili insulterinus

vafimus

uasimus, trucidauimus, ex albo viuentū delevimus. Nos
Edictum illud execrandū, contra flagitiosos homines usur-
pari solitum, in Daorem omnium bonorum retorsimus. I
Lictor, caput obnubito, Virgis cædito, arbortinfelictus pē-
ditio. Dictum istud, actum est dudum, verū tamen à nobis
dictum, nobis dictū merito nostro esto. Lictores quò quò
scelesti ruitis? Eia Lictores, in caput nostrum rabiem vestrā
conuertite, nos in hac officina Tyrannidis recoquite. Re-
calcitramus iussis Diuinis; Nos ad supplicia exposcite. Do-
los & technas consuimus; Nobis in opinatas manus iniici-
te, Rebelles Deo Dei iugum excutimus; Nos ad tribuna-
lia Summatum rapite. Grandia patramus criminis; Nos
querellis ultricibus persequimini. In verbis offendimus;
Nobis mālas depalmate. Oculos vanitati laxamus; illos
nobis obnubite. Aures voci supernæ denegamus; Nos
conuitis asperrimis proscindite. Cultu vestium auram po-
pularem veniamur; Nos integumentis viduate, Genio in-
dulgemus, virtutes fastidimus, vitia propagamus; Nobis
Flagella explicate, gulam vappa & felle fatiate, dorsum sti-
piti insaustæ associate. Paucis, nos Magistros turpitudinū,
Artifices ineptiarum in crucem agite, internecionī illachry-
mabili committite. Hic autem Agnus Sceleris purus, ab
omni contagione vacuus; Hic Deus Hostis & Osor deli-
ctorum, tam efferris cruciatibus ansam non præbuit, nihilq;
admisit, excepto, quod Prodigos pretij in æstimabilis, obli-
tus sui, nostri ad ipsam obitus periodam, Dixi periodum!
Erravi, Corrigo errorem, ab æterno in æternum memor nō
miū, & plusquam nimium artit, tamq; singulari propensi-
one animi præter modum prosecutus est, ut incendium re-
rum nostrarum grauissimā peste laborantium, sanguine co-
pioso extinxerit. Mirabar aliquamdui incertus consilii,
quamobrem Pilatus eō amentia deuenisset, ut postquam

in Christo

in Christo Opt: Maxt nullam causam lite capitis & fliman-
dam inuestigare potuisset, morte tamen plectendum esse
censuisset. Verum mirari desit, quamprimum nobis lethas-
iem Culpam quæ causam peperit mortis, Christo autem pe-
culiare misericordiam, insitam esse compert, quâ motus,
nobis in vltimo discrimin'e subuenire, ab exilio in patriam
postliminio reuocare, pro placulis nostris cruore suo litare,
libens lubēsq; legē necessitatis ipse sibi statuisset; vnde vltio
flagitorū, pro Prävaricatore Prävaricatoris amatorē ferit
non dubitauit. Hic mihi latissimus campus sese aperit, serio
cū Amore Diuino expostulandi, cur tantopere in Fauo,
rem spēi nostræ toto impetu irruerit, omni conatu grassatus
sit. Hem Amor, acer amor quð trahis I E S V M? Quor-
sum Tædæ, Apparitores, Satellitium noctis? Capiatur.
Nos capiti & decepti pedicis facinorum, malum peccatiu-
iugulo accersiuimus nostro, Plectatur. Ergo ne nostrarum
peruersitatum victima serietur! Cruci affligatur, Spes, Sa-
lus gloria nostra! Occidatur. O luctus, ô amor, omnia vin-
cis, dum omnes nefarios ausus nostros in Effectore tuo vin-
xisti, & vicisti, Moriatur. Procul hinc facesse crudelis a-
maror non Amor, summe diuinitatis in triplici Hipostasi,
existentis Domitor, Victor, Triumphator, Adeste Nænæ,
Lachrimæ, gemitus, & querimonia, plorate, non tam Re-
cuperatorem nostræ Dignitatis dira perpessum, quam nos
Architectos criminum, dira sibi intentantes, deflete gra-
uitatem communis culpæ, quām adeò grauis poena piauit.
Ego vero quotiescumq; arcana hæc supremi consilii Myste-
ria pensiculatè mecum examino; toties (prò sancta pietas)
è statu Cordis deiectus, intimis artibus contremisco, meq;
hisce compello, Ignave Vecors, Desidiosæ, Iners, Quo-
uicq; tandem abiutere, Patientia I B S V C H R I S T I
quam diu sese effici a nara tua iactabit audacia! Tune vulne-

xibus

ribus Christi in diem noua addes vulnera? Ergo ne alleuia-
tos refricabis illi dolores? aut reciudescere permittes
obliteratas eius cicatrices? Rursusne ferrum adhuc stil-
las sanguine in viscera benignissima conuertes? Proh De-
um hominumq; fidem! parce nefandas scelerare manus, par-
ce iam semel mactato & sepulto; imo verò caue notam in-
grati animis crudore ipsius inuras tibi, & n̄ desipis, aude alio
quid Deo dignum. Vidisti opinor quām stricto dilectionis
vinculo complexa est te Deitas, Cura ut redames. Nosi
planē quomodo ob tuum terribilium nefas, Natus Deo
dituitatem ipsam, sub carne fragilitatem inusitatis cru-
ciatibus obiecit. Venerare, Didicisti qualiter vicem huma-
nā misertus, facultatibus tuis perditis consultum fuit, Gra-
tulare, Intellexisti, quā perseverantia, quā stabilitate, tor-
menta tibi debita corporē in fonte excepit, Imitare, Imitare
Magistrū virtutis absolutissimū p̄ceptis simul & exemplis,
artem artium benemerendi de omnibus inculcantem, Gra-
tulare Restitutori gratiarē indemnitatem tuām, a lapsu per-
petuo, interitu suo vindicanti, Venerare Regem, pro Co-
rona Cuius sentibus durissimis compunctū, pro coccinea
Chlamide, vulneribus connexis quā versūm irrestitutum,
pro insignibus Regni, arundinē insulsa illusum, pro delecta
manu Speculatorum, turmis belluarum truculentissimarum
stupatum, pro folio imperit in patibulo elatum, pro Senatorio
ordine inter nobiles Crucarios suffixum, pro thalamo tus-
mulo occlusum. Faccy redames Charitatem tuam I & SVM,
tui ergo, non vulneratum sed totum vulneris vnum continuo
sum factum, ita ut non vulnera corpori, sed corpus vulneris
bus confertissimis in eo desiderati videretur. Neq; vtteris
ores moras nec, h̄c est dies Salutis, h̄c beatitatis com-
pendium, quem ergo ex aspectu non poteras, hodie ex ti-
tulo saltem verum recognoce hominem O Homo. E C.
C E H O M O. Tu solitudinibus angeris; Ille omnibus

moles illis deuoratis languore contabescit, tibi tranquillitas
etem prosperitatis futurae pollicetur. Tu ægrimoniam conflis-
taris; Ille latices saluberrimos ex singulis membris elicit,
quorum ope pristinis viribus restituari. Tu fortuna aduersa
laboras; Ille Thesauros munificentia suæ, usq; ad ab-
dita cordis repagula recludit, ut accessionem facultatum tu-
arum adipiscaris. Tuitimore concuteris; Ille omnibus labo-
ribus exanthilatis, omnibus periculis semotis, rationes tuas
extra omnem aleam, in vado tutissimo collocat. Quo cir-
ca ò Homo tot benevolentiae studia, tot officia tibi exhibita,
& in Corpore Christi expressa vestigia, nulla apud te in
posterum deleat obliuio, nulla euellat temporum iniquitas.
Tevero Augustissima Mater & Virgo M A R I A , in hoc
Theatro amplissimo benignitatis Diuinæ palam exhibitæ
tacitusne prætermittam? aut per silentium missam faciam?
Qui faciam? Nonnè tu ærumnarum maximarum Filius tui
Carissimi, Testis luculentissima Comes perpetua extitisti?
Extitisti. Nonnè ipius perspectionis, necis deniq; Con-
fortem te & paticipem primariam præbuisti? Præbuisti.
Non nè status humani restitutionis in integrum pars non
postrema fuisti; Fuisti. Ersta qudem fuisti, vt singulas pla-
gas in Corpore Dilecti tui sparsim exaratas, intra recepta-
culum Cordis tui purissimi, velut in Archiuo Reipub. Chris-
tianæ summi collectas, deponeres. Amplius me Sanctissi-
ma Genitrix volentem tibi obstrepere, timor & rubor
prohibet, animus destituit, vox in ipsis fauibus haeret,
Quod enim obsecro os impudens? quæ frons perficta?
ad huc Sanguine Filii tui desideratissimi nuperrimè trucidati
madens, in conspectum tuum venire, vel simulata verborum
blandicie aures tuas dignissimas pulsare nō vereretur? Quid
ego? unus de grege illorum, qui cortuum, Iesum tuum, ab
verbibus auulsum feris dillaniandum abiecimus, faces ma-

lorum.

lorum incendimus, Furias nocturnas ad raptum illius con-
duximus, omnes machinas in perniciem eius admouimus,
& ut multa in pauca conferam, operis Iudeorum scōmata
mordacia, Administris p̄enarum mille artes nocendi, Pila-
to legem peruersē in Christum iuris dicundi suggestimus;
Quodq̄ caput sceleris (dicamnē an sileam?) mucronem
illum, qui pectus tuum Diuini amoris sacrarium, non modō
leuiter feriret, sed funditus pacifacatum aperiret, fabricauis-
mus. Hęc fecimus nec dū perimus! Perijm⁹ Ecce M̄cōjurati
Coelites duo lumina mūdi pulcherrima pullis velant, lucis v-
surā subtrahunt, diem atratum in noctem commutant. Ad-
sunt Vtore Genit⁹ Elementa vniuersa concutiunt, Montes
cōminuunt, Terram dehiscere faciunt, quā viuos absorbe-
ant, exemptos autem de humanis vitæ restituant. Præsto
ades & tu benefica mortalium Regina, ad sunt & omniū gra-
tiarum tecum genera, Etenim similitate abiecta, de vindis-
cta, minimè laboras, sed magis tempestates impendentes à
nobis prohibes. Quanta placabilitas! Rationes nostras far-
tas tectasq; conseruare, iacturam in ijs factā resarcire oppi-
dō contendis. Quanta bonitas! Naufragium passis por-
tuni, calamitate percussis prosperitatem, supplicibus opem
non denegas. Quanta pietas! Nos verò quibus obsequio-
rum studiis, hęc necessitudinis tute specimina nobis præ-
stata persoluamus, non habemus, nisi ea à te mutuum acce-
perimus O Mater, O Domina. Mater es. Fac quod solles.
Domina es. Fac quod potes. Verum ut illuc redeat vnde
digressa est Oratio mea, dicto coronidem imponiam. Quip-
pe quām obſcēna lues mundū inficerit, quām vehemens
diuina Clementia Virtus eluxerit, quid prolixius refert
explicare? Testis est mihi ardor Christi ad patendum, lucta
interior, Pontificum execratio, Plebeculae exacerbatio. Te-
sis Verberonū laniena, Tenebriorum Sannæ, Lauernio-

¶ ¶ ¶

p.
S.


num horrenda Diamastigosis, Testis Ecclesia Sponso extinto
orbata, in lachrymas effusa. Testes vos ipsi, dum ad pri-
mam recordationem IESV CHRISTI crudeliter neci-
dati, plangitis, ploratis, in gemiscitis, Plangite, plorate, in
gemiscite, Hoc unum a vobis exigit Deus, Deus ille, qui
in ultimo examine mundifatiscens, sententia et quissimam
dextrorum & sinistrorum collocandis diuino ore est pro-
nunciaturus,



Approbatio.

LEOPOLI die 20. Martij A. D. 1633. Ego Ioannes Baranowski V. I. D. Archidiaconus Vicarius in Spiritualibus & Of-
ficialis Generalis Leopolienis, Librorum in Archidiocesi ista,
Censor. Orationem praesentem de Passione Domini nostri Iesu
Christi, cui Titulus, ECCLESIE DEVS, ECCLESIE HOMO, ab Author-
e Gregorio Bartholomaeo Zimorowic Leopoliens: praefixus, vidi, legi,
approbavi, et Typis euulgandam permisi, prout praesentibus ap-
probo, et permitto. Idem quis supra Archa: & Off. Generalis Le-
polienis,





261
W.